



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90117999**

§. 48. Boamundus in Francia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

Sæculum XI.  
A.C. 1106.

§. XLVIII.

*Bœmundus in Francia.*

*Orderic. XI.* Bœmundus in Franciam perveniens  
mense Martio, anno millesimo cen-  
tesimo sexto, Lemovicum primo se con-  
tulit, redditurus votum, quo se S. Leo-  
nardo obstrinxerat, cum captivus ab In-  
fidelibus detineretur. Reliquo Quadra-  
gesimæ tempore ad multas Franciæ ur-  
bes divertit, ubique honorifice exceptus  
a Clericis populisque, quibus se spe-  
stante gesta in bello Sacro narrabat. Ec-  
clesiis Reliquias, vestes sericas, resque  
alias pretiosas donabat, Monachis & Epi-  
scopis acceptissimus. Itinerum suorum  
socium ducebat Bœmundus filium Ro-  
mani Diogenis olim Imperatoris Con-  
stantinopolitani, pluresque alios ex pri-  
mis Græcorum stirpibus ortos. Horum  
querelis in Alexium Imperatorem, quem  
contra fas Imperium invasisse affirma-  
bant, Francorum odium in eundem ac-  
cendebat. A compluribus viris nobi-  
libus rogatus Bœmundus filios eorum re-  
cens natos e Fonte Baptismi levabat, qui-  
bus ipse nomen suum (Marcus vero vo-  
cabatur) imponebat.

*Sup. vit.  
Lud. c. 6.*

Præter alias itineris causas hæc quo-  
que Bœmundo erat, ut uxorem in Fran-  
cia acciperet, duxitque Constantiam,  
Regis Franciæ Philippi & Bertæ Reginæ  
filiam,

filiam, quæ olim Hugoni, Comiti Tre- Sæcul. XII.  
censi nuptui data, liberis ex eo genitis, A.C. 1106.  
ob impedimentum propinquitatis, a vi-  
ro separata fuerat, Ivone Carnotensi hoc *Iv. ep. 158.*  
consilium suggestente. (\*) Bœmundo  
quoque Procuratore connubium Cæci-  
liæ, ex eodem Rege Philippo & impari ma-  
tre Bertrada genitæ, Tancredo Bœmun-  
di Propinquæ promissum est. Nuptiæ  
autem Bœmundi & Constantiæ Carnoti  
anno millesimo centesimo sexto post Pa-  
scha celebratæ sunt, ipseque in eadem  
civitate in Ecclesiam ingressus, & sug-  
gestum ante Altare Beatæ Virginis posi-  
tum conscendens, ad populum dixit.  
Omnes armis gerendis aptos hortaba-  
tur, ut se in Asiam secundo migrantem  
seuerentur, laborumque præmia arces  
civitatesque opulentas futuras esse pro-  
mittebat. Nec sane pauci, accepta Cru-  
ce, iter Jerosolymam haud minore ala-  
critate,

K 4

(\*) Yix quisquam hodie Ivonis Carnotensis consilium vel seuereretur vel approbaret. Sed omnes hujusmodi Conjugibus suaderent peten-  
dam esse & acceptandam ab Ecclesia dispensa-  
tionem; major est enim nostra ætate quam in  
illis Sæculis Reverentia Contractus Sponsali-  
tii, quem tam contrahentes quam omnes Fideles  
ab initio pro Matrimonio legitimo & Sacra-  
mento habuerunt; sic etiam honori & famæ  
prolis ex tali thalamo natæ consulitur.

Sæcul. XII. critate, quam si ad jucundum convivium  
A.C. 1106. irent, instituerunt. Multo solemnius  
Fideles ad bellum Sacrum suscipiendum  
hortatus est Legatus Papæ Bruno Segnia-  
*Chron. Mall.* censis, in Concilio vigesima sexta Maji,  
*an. 1106.* eodem anno millesimo centesimo sexto,  
*to. 10. Conc.* Pictavii, Bœmundo præsente, celebrato.  
*p. 746.* In eodem varia etiam causæ ad Ecclesiæ  
pertinentes petractatae.

## §. XLIX.

*Quæ Roberto Arbrisellensi objicie-  
bantur.*

Eodem anno & in eadem Diœcesi Pi-  
ctaviensi celebre Monasterium Fon-  
\* Fonte-  
vraud. tis \* Eberhardi fundatum. Robertum  
Arbrisellensem Prædicationis muneri, ut  
ante annos decem ab Urbano II. Papa  
*c. 3.* ap. Boll. 25. jussus fuerat, gnaviter incumbentem  
*Feb. tom. 5.* non exigui hominum utriusque sexus  
*p. 606.* greges sequebantur, nullum enim, quem  
a Deo vocatum putabat, repellere aude-  
*Sup. lib.* bat. Ex quo Monasterium Rotense reli-  
*LXIV. s.* querat, nullibi sedem figere voluerat,  
*33.* quo liberius ubique ad populos verba  
facere liceret; sed cum multitudinem  
Discipulorum suorum in dies augeri cer-  
neret, & in continua profectio[n]e s[ecundu]m  
necessitate compellente fieri, ut mulie-  
res in eodem hospitio inter viros perno-  
ctarent, locum quærere cœpit, ubi ser-  
vato modestiæ decore domicilium sta-  
bile